IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 113r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



p aplos tuos qui montes eterni dicuntur quia eterna et incomutabili sublimitate consistunt mirabiliter quia predicationem suam exemplis roborabant et miraculis confirmabant turbati sunt omnes insipientes corde scilicet philosophi et seculi sapientes audientes noua precepta annunciari et recedentes a uero lumine tenebrosa mundi desideria sunt secuti

Quid autem hijs insipientibus corde contingerit subiungit dicens

Dormierunt somnum suum mortis et nichil inuenerunt omnes viri diuiciarum cuiusmodi sunt qui pecunijs captiua mente deseruiunt in manibus suis siue in potestate sua sicut euigilans a somno nichil inuenit quod se habere putabat

Inexcusabiles propheta ostendit illos incredulos dicens

Ab increpatione tua deus iacob cum increpares eos per te et per predicatores tuos dormitauerunt sancta monita tua negligenter audientes et ideo merito culpabiles redduntur isti autem sunt qui ascendunt equos id est qui superbia crescentes quasi equis currentibus mundi istius illecebras peruagantur

Tu deus qui hoc fecisti terribilis es futurus impijs in iudicio quando in gloria maiestatis tue veniens superbos penis addixeris et humilibus corde perpetuam contuleris dignitatem et quis resistet tibi nullus utique extunc apparebit ira tua quia nichil ulterius per paciam dissimulabis

De celo id est de summitate potencie descendet iudicium tamquam fortissima certaque manu iaculum designatum terra id est terrenis homines qui diuine sine ante dampnati sunt tremet cum audierint ite in ignem eternum et quiescent cum in perpetua dampnacionem recipientur sed quies ista sine requies est quia quiescunt a malis operibus sed in supplicio non quiescunt quippe quia eterna flamma cruciandi sunt

Quando erit hoc Quum exurgerit in iudicio deus tunc terra id est terreni homines et peccatores trement exurget autem deus ad iudicium non ad solam dampnacionem malorum sed ut saluos faciat omnes mansuetos et quietos terre quieti terre sunt qui nullis vicijs mundi huius inflammata

ante
inualedi
non quietem
impiorum